UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfi Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XVI. Si quis aliquam puellam inuitam traxerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

Visual Library

hunc libellum dotis venire, & eum infringere conauerit, inferat partibus illorum tantum, *& reliqua.*

XVI. *SI ALIQVIS PVELLAM inuitam traxerit.*

DVlciſſimæ coniugi meæ illi, ille. Dum & te ſine voluntate parentum tuorum, habui deſponſatam, & abſque tua, vel parentum tuorum voluntate, rapto ſcelere meo coniugio ſociaui: id eſt, dum & te * faciente conturno, contra voluntatem parentum tuorum, rapto ſcelere, in coniugio ſociaui, vnde vitæ periculum incurrere debui, ſed interuenientibus ſacerdotibus, vel bonis hominibus vitam obtinui; Sic tamen, vt quod tibi in tanto dono, vel in dotis titulum, ante diem nuptiarum ſi te deſponſatam habuiſſem, conferre debueram, per hanc epiſtolam com-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſitionalem, aut ſi conuenit ceſ-ſionem, firmare deberem, quod ita & feci. Ideoque dono tibi locellum nuncupantem illum, ſitum in pago illo, cum domibus ad manendum condignis, vel omnibus intrinſecus vtenſilibus neceſſariis, cum terris, accolabus, mancipiis tantis illis, vineis, ſyluis, pratis, paſcuis, vel reliquis quibuſcumque beneficiis, caballos tãtos, boues tantos, gregem equorum, gregem armentorum, gregẽ porcorum, gregem ouium, inter aurum & argentum, fabricaturas in ſolidis tantis, drappos, hæc omnia ſuperius comprehenſa, à die præſente in tua tradidi poteſtate & dominatione poſſidendum, habendi, tenendi, vel quicquid exinde elegeris faciendi, liberam habeas poteſtatem. Si quis vero, &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN